UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Decretum Gratiani

Gratianus <de Clusio>

Parisijs, 1542

Trigesimasexta exponendo illud prude[n]te[m]: dicit q[uod] clerici debe[n]t habere peritia[m] literaru[m] sacraru[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-62466

Visual Library

num, oīa ſimul creauit. ſed licet oīa ſimul facta fuerint, non ſimul dici omnia poterāt: ⁊ ideo ſcriptura vtitur tali diſtinctione. extra de ſum. tri. ca. j.
a ¶ Beſtie. id eſt animalia in terra. nā quinta die fuerunt creata volatilia et piſces. Geneſ. j.
b ¶ Cepit. mundus.
c ¶ Feriari. Id eſt ceſſare.
d ¶ Deſijt. Tūc fuit homo ſpoliatus gratuitis, et vulneratus in naturalibus. de peniten. diſt. j. adam.
e ¶ Ieiuniū. Id eſt abſtinentia.
f ¶ Preuaricatio. Scilz fuit.
g ¶ Latebra. q̄a abſcondit ſe adam a facie dñi. de pe. diſt. j. et venit.
h ¶ Reuocauit. Arg. q̄ primi parētes ſaluati ſunt: vt de peni. diſtic. j. ſicut pmi. ⁊ de conſe. diſt. j. hi duo.
i ¶ Iumētum. i. carnem ſuā: quam paſcit homo quaſi iumentum. Uel dicitur corpus iumētum, quaſi iuuamentum.
Corp⁹ eſt iumentū.
k ¶ Non eſſet. ꝫ. diſtinc. j. ius gētiū. contra. ſed ibi ſoluitur.
l ¶ Prelationis inuidia. quia Cain interfecit fratrem ſuum.
m ¶ Pietas. Paterna.
n ¶ Ebrietas. i. ebrius.
o ¶ Tentant. id eſt inebriant.
p ¶ Part⁹. id eſt effect⁹. Iſtud vult dicere q̄ vinum ex ſe duos produxit effect⁹: pmo ebrietatem: deinde inceſtum. ⁊ ebrietas fuit deterior effect⁹ vini. † Uel aliter. Ex ebrietate proceſſit ſeruitus. Item ex ea proceſſit inceſtus, qui deterior eſt. Uł illud vult dicere q̄ filia eſt deterior q̄ mater: quia moabite et amonite qui ab illis proceſſerunt, fuerunt deteriores q̄ matres.
Effect⁹ vini eſt duplex
† et ſm hoc exponē regnatricis. i. vini qd gnauit ebrietatē et inceſtū. Archi.

beſtie[a] ſunt create: ⁊ cū beſtijs orta eſt edendi ptās, et vſus eſcarū. vbi cibus cepit[b], ibi finis factus eſt mundi. ibi cepit ſua incrementa neſcire, vbi ceperunt diuina opa circa eū feriari[c]. quo indicio declaratum eſt q̄ p cibos mūdus haberet minui, p quos deſijt[d] augeri. ⁊ īfra. ¶ Ut ſciam⁹ nō eſſe nouellum ieiuniū[e], primā illic legē cōſtituit de ieiunio. et īfra. ¶ Eouſq; nemo preuaricari nouerat, cū adhuc orta nō eſſet que prima eſt puaricatio. Indictū eſt ieiuniū abſtinentie lex a dño deo: puaricatio[f] legis a diabolo: culpa p cibū: latebra[g] poſt cibum: cognitio infirmitatis ī cibo: firmitatis virtus in ieiunio: ſerpēs ſuaſit gule: dñs ieiunare decreuit. Itaq; gula a paradiſo regnātem expulit, abſtinētia ad paradiſum reuocauit[h] errātē. et infra. ¶ In principio gnis hūani ignorabat ebrietas: primus Noe vineā plātauit: dedit naturā, ſz ignorauit potentiā. Itaq; vinū nec ſuo pepercit authori: ſz illi⁹ ebrietas nobis ſuadet ſobrietatem. ſemel em̄ inebriat⁹ eſt Noe. vbi malum ebrietatis agnouit, iumētum[i] ſuuz ad remediū temperauit: nec effudit ad vitium. ¶ Manebat aūt anteq̄ vinū inueniret oib⁹ incōcuſſa libertas: nemo ſciebat a ꝯſorte nature ſue obſequia ſeruitutis exigere. Non eſſet[k] hodie ſeruitus, ſi ebrietas non fuiſſet. Obrepſerat quidem fraterne prelationis inuidia[l]: manebat tñ adhuc paterne pietatis reuerētia. leſa pietas[m] eſt dum irridet ebrietas[n]. non illis itaq; ſolis nocent vina quos tentant[o], ſz etiā illis amplius oculis quoꝝ tumulento ebrioſoꝝ mēbra nudant. ⁊ infra. ¶ Legim⁹ etiā q̄ patrem Loth inebriauerunt filie in monte: ad quem timētes incendiū ſodomitarū cōfugerant, ⁊ habitabāt ī ſpelūca. Fuit itaq; ebrietas origo inceſti cōcubit⁹, peſſime regnatricis part⁹[p] deterior. ¶ At nō abrahā vina in ſuo conuiuio miniſtrabat, ſed īmolabat vitulū: butyrū et lac etiā angelis hoſpitib⁹ exhibebat. recte em̄ illic deerat materia pcti[q]: vbi erat remiſſio[r] pctoꝝ. ¶ Deniq; annūciauit dñm Ioānes nō māducās panem neq; bibēs vinū. Qui em̄ xpm annunciat: ab oī vitioꝝ incentiuo pſtare ſe dz alienū.

Item ex concilio Agathen̄.

¶ Triginta diebus a cōmunione abſtineat clericus quez ebrium fuiſſe conſtiterit.

Ante oīa clericis vetat ebrietas: que omnium vitiorum fomes ac nutrix eſt. Itaq; eum quem ebriū fuiſſe cōſtiterit (vt ordo patitur) aut xxx. dierum ſpatio a communione ſubmoueatur, aut corporali[s] ſubdatur ſupplicio.

¶ Diſtinctio. xxxvj.

Oportet[t] ordinandū eſſe prudentē: qd̄ cōtra eos notandū eſt qui ſub noīe ſimplicitatis[v] excuſant ſtultitiam ſacerdotuz. Prudētem autē epm oportet intelligi nō ſolū literarū peri-

q ¶ Materia peccati. Scilz vinum.
r ¶ Remiſſio. Id eſt deus remittens peccata.
Ante omnia. ¶ Caſus. Dictū fuit in concilio Agathenſi vt prius a clericis vitetur ebrietas q̄ alea q̄ cūctoꝝ nutrix eſt vitioꝝ. et ſi q̄s cleric⁹ fuerit inebriatus: ſi eſt ī ſacro ordie, xxx. dieb⁹ a cōmuniōe remoueatur. ſi eſt ī minorib⁹ ordinib⁹, v̄berib⁹ ſubijciatur.
s ¶ Aut corporali. vt recipiat quadraginta ictus, ſz epiſcopus nō verberabit clericū per laicuz: vt extra de ſenten. excom. vniuerſitatis. niſi ſit īcorrigibilis: vt extra de ſentē. excō. vt fame. †
Oportet. ¶ Caſus. Hic intitulat. xxxvj. diſt. in qua pſequit quartum ca. ſcz oportet epiſcopū eſſe prudentem: quod verum eſt non ſolum in literatura: ſed etiam in ſecularibus negocijs. Et hoc dictum eſt propter eos q̄ ſub nomine ſimplicitatis ſtultitiam ſacerdotum excuſant. De literatura tractatur in his trib⁹ diſtin. continuis. De peritia v̄o ſecularium negocioꝝ tractat in. xxxix. diſt.
t ¶ Opz. Ab hoc loco vſq; ad. xl. diſtin. oſtēdit quam peritiā debent hr̄e clerici: ⁊ ī hac oſtēdit q̄ habebūt peritiā lraꝝ ſacrarū. in pxi. diſt. oſtēdit q̄ etiam habebunt peritiā ſecularium ſciētiarum. et inde ſumpta occaſione oſtēdit in. xxxviij. di. q̄ ignorātia eſt periculoſa clericis in. xxxix. diſti. dicit q̄ habebunt peritiā ſeculariū negociorum. Et agit hic de quarto ca. apoſtolice regule.

v ¶ Simplicitatis. Nec ſimplicitas nec aliud poteſt excuſare ſacerdotis imperitiam: vt. xxxviij. diſ. ſi in laicis.

a ❡ Secul artiū. Cum enim eps ſit iudex ꝛ corporū: vt.xj.q.j.de perſona.ꝛ.xij.q.j.precipim⁹.ꝛ aiarū.x.q.j. quecū᷒.oportet ipſum tam ſpirituali q̄ſ ſeculari ſcietia ornari.xxxix.diſt.circa prin. vt no.xxj.q.ij.In ſumma.in fine. Conſuenit diſtingui ꝙ ſi ex negligentia ordinat quis indignum, tunc ſuſpenditur: ſi ex certa ſcientia, tunc deponit. Uel aliter. aut ordinat illum cum quo de facili diſpenſare poteſt: vel cū quo diſpenſare non poteſt: vt ſm̄ hoc magis vel minus puniat: hodie tamen mitius agitur cum talib⁹: vt ex̄ de preben.graue.

Illiteratos. ❡ Caſus patet in ſumma.

Illiteratos. (1) tia, verūetiā ſeculariū[a] negociorū diſpenſatione. Unde in epiſtola Gelaſij pape legit.

❡ Illiterati et corpore viciati non promoueant ad clerū.

Illiteratos[b], aut aliqua parte corporꝫ vitiatos, vl̄ imminutos[c] null⁹ preſumat ad clericatus ordinē ꝓmouere: q2 literꝫ carēs, ſacris nō poteſt eſſe aptus officijs: ꝛ vitioſum nihil deo prorſus offerri legalia p̄cepta ſanxerūt: ſimil̄r qui ſeipſos[d] abſcindunt.

Item zozimus papa.

❡ Ad ſummū ſacerdotiū nō aſpiret q̄ diuinis ſtipendijs vel diſciplinis nō eſt erudit⁹.

Qui eccl̄iaſticis diſciplinis p ordinē non eſt imbutus: et tēporꝫ approbatione diuinis ſtipēdijs[e] non eſt eruditus: nequaq̄ꝫ ad ſummū eccleſie ſacerdotiū aſpirare p̄ſumat: et non ſolū in eo ambitio inefficax habeat, verūetiā ordinatores eius careant eo ordine[f] quē contra p̄cepta patrū crediderūt preſumēdum.

Ecce ꝙ ſacrarū literarū oportet epiſcopū habere peritiam. vnde in vete.teſta.inter cetera ornamēta pontifex rationale ferebat in pectore, in quo ſcribebat manifeſtatio ꝛ ꝟitas: q2 in pectore pontificis manifeſta dꝫ eſſe cognitio veritatis.

❡ Hinc etiā vectes quibus arca portabatur, iugiter anulis erant inſerti: vt cum arca eſſet portanda, nulla eſſet vel fieret mora de intromittendis vectibus: q2 predicatores per quos eccl̄ia circunfert, ſacris literis ſemper debēt inſiſtere: ne tunc querant[g] diſcere cum ex officio alios debeant docere.

❡ Hinc etiā Dauid prius ex gratia ſpirituſſancti donū ſciētie percepit: et poſtea adminiſtratione regni aſſecutus eſt.

❡ Salomon q̄q꜠ nō diuitias, non lōga tēpora hui⁹ vite, ſed ſapiētiam a deo expetijt ꝛ impetrauit. ❡ Hinc etiā domin⁹ prius poſuit verba ſua in ore ꝓphete: ꝛ poſtea ꝯſtituit[h] eū ſuper gentes ꝛ regna: dicens ad Hieremiam. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce cōſtitui te ſuper gētes et regna. ❡ Hinc etiā Malachias. Labia ſacerdotis cuſtodiūt[i] ſciētiam: ꝛ legem exquirunt de ore ei⁹: quia angel⁹ domini exercituum eſt.

❡ Hinc etiā idē ſaluator noſter pri⁹ in medio doctorū ſedit audiēs illos et interrogās et poſtea predicare cepit: quia prius quiſq꜠ diſcere, et poſtea predicādi officiū vſurpare debet. ❡ Hinc etiam Salomon ait. pri⁹ tēp⁹ tacēdi, ꝛ poſtea loquēdi: q2 veritas prius tacēdo diſcit, ꝛ poſtea loquēdo predicat. ❡ Hinc idē dn̄s ait: q̄ audit[k], dicat veni[l]. ❡ Hinc etiā prius apoſtolos docuit: deinde eos ad predicandum miſit, dicens. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes[m]: et ſimplices[n] ſicut columbe. Sic etiam poſt reſurrectionem prius illis ſenſum aperuit, et ſcripturas explanauit: et poſtea dixit eis: Euntes in mundum vniuerſum ꝛc̄. vnde cū de quinq꜠ panib⁹ quinq꜠ millia hominū vellet reficere, prius panes accipiens, fregit: et poſtea diſci-

b ❡ Illiteratos. ſcilicet penit⁹. Sufficit tn̄ mediocris ſcientia: vt ex̄ de elect. cum nobis olim. nō enim req̄rit in clerico ſumma perfectio. ſic ff. de edili.edic.ſciendum.§.illud.ꝛ.l.ſi quis venditor. licꝫ ſit arg. cōtra. ex̄ de pur.ca.cōſtitutus. Sed quid ſi penitus laicus ordinaretur, nūquid reciperet characterē? Sic: argu. †j.q.j. ventū. ibi: ſed dicitur. De hoc no.xl. diſtin.ſicut.ꝛ ex̄ de cleri.per ſal.ꝓmo. ca.vno.

c ❡ Imminutos. enormiter.

d ❡ Seipſos. ex indignatione. Jo.

Qui eccleſiaſticis. ¶ Caſus. Quidā archieps̄ ꝓmouit quēdam ad ep̄atū qui nō erat literis eruditus, nec diſciplinis eccl̄iaſticis imbutus. queſitū eſt de eo et de ordinatorib⁹ quā penam debeant pati. Et reſpondet zozim⁹ ꝙ ordinatus debet remoueri ab ordine quem ſuſcepit: ordinatores ꝟo careant poteſtate cōferendi eūdem ordinem quem illicite tradiderunt.

e ❡ Stipendijs. id eſt officijs.

f ❡ Ordine. hic habes ꝙ qui iniuſte cōfert aliquem ordinē, priuat poteſtate cōferēdi illum.j.q.j.ſi q̄ ep̄i. alibi ſuſpēditur a celebratione miſſe per annum: vt.lv. diſtinc.nullus.alibi deponitur: vt.lj.diſtinc.ca.j.ꝛ.lxij.diſtinct.ca.vlti.ꝛ.lxxxj.diſt.tantis.cum in hoc ſit penarum varietas, forte minor amplectitur.l.diſtinct.eos.vel dic vt.xvj.q.j.ſi cupis.

❡ Ecce. ¶ Caſus. In hoc.§. probat Gratian⁹.xiiij. rationib⁹ vel authoritatib⁹ ꝙ eps̄ debet eſſe peritus in literis. Prima eſt in prin. Scd̄a ibi: Hinc etiam vectes. Tertia: Hinc etiā Dauid. Quarta: Salomon quoq꜠. Quinta. Hinc etiā dn̄s. Sexta: Hinc etiam Malachias. Septima: Hic etiā idē ſaluator. Octaua: Hinc etiam Salomon. Nona: Hic idē dn̄s. Decima: Hinc etiam prius. Undecima: Hinc Petr⁹. Duodecia: Hinc etiā Paulus. Decimatertia: vn̄ ſacerdotes. Decimaq̄rta: Hinc etiā in canticis.

g ❡ Querāt. nec enī ep̄us dꝫ egere doctrina aliorꝫ q̄ſi alios debet inſtruere: vt.j.q.vij.cō ueníentibus. ſic.xvi.q.j.ſic viue. Joā. in aut. de ſan. epi. circa princi.

h ❡ Conſtituit. Not. ex ordine loquēdi ꝓbari ordinem factorum. ſic xliij.diſt.ſit rector. et.xx.diſt.§.j. Joā. Argu.j.q.j.vt euidenter.

i ❡ Cuſtodiunt. q2 videre debet q̄bus p̄dicet, ꝛ q̄bus non: vt.xliij.diſt.in mādatis. ꝛ.xxij.q. vlt.ca.penul.

k ❡ Qui audit. diſcendo.

l ❡ Ueni. Docendo.

m ❡ Serpentes. ne eorꝫ dolis ſupplantemini.

n ❡ Et ſimplices. Ne alijs dolos machinemini. Joan.

Epoſcit iudex corporꝫ ꝛ aiarꝫ.

Sciētia mediocris ſufficit.

Nota. Deh⁹ etiā no.xl.di.ſicut. et lij.diſ.c.j.ꝛ ex̄ de cle.per ſal.pro. mo.c.j.

Exod. xxviij. a.

Exod. xxv.

Ordinātis iniuſte punitio.

ij.reg. ij.a.

iij.reg. iij.a.

ij. Para. j.b.

hiere. j.b.

mala. ij.b.

Luce ij.g.

Epus aliorꝫ doctria non dꝫ egere.

Apoc. xxij. d.

mat.x.

Mat. vlti.

Mat. xiiij. b.

a ¶ Satiſfactionē.ſcʒ reſpondēdo eis ſatiſfaciatis. Et eſt arg. ꝙ prelati tenētur reſpōdere ad oēs queſtiones: nam tantū debēt differre prelati a ſubditis quantū granum a palea: vt.xxv.diſt.§.nomine autē criminis.j.q.j. viliſſimus.ꝛ.viij.q.j.licet. Joan. vt itaqꝫ. Joan.de fan.

Prelati ad oēs q̄ſtiōes rn̄dere tenent.

¶ Caſus. Ponitur hic.xxxvij.diſtinctio, in qua queritur an oporteat clericos eſſe eruditos literis ſecularib⁹, ſcilicet libris gētilium. Et primo probat eos non eſſe legendos, vſqꝫ ad.§.ſed econtra. deinde probat contrariū. poſtea dat ſolutionē infra eadē.§.cur ergo.

b ¶ De ea fide.i. de articulis quos creditis et tenetis. Joan.
c ¶ Spe.i.de his que ſperatis.
d ¶ Oculi.ſcilicet ſponſe.
e ¶ Pleniſſima. ſic ſemꝑ prelati ſedebunt iuxta fluēta euangeliorum ꝛ ſacre ſcripture: et ſicut columba ſedet ex natura iuxta aquā vt videat in ipſa aq̄ vmbram ſuperuenient accipitr, ꝛ ſic ſibi precauere conſueuit: ſic prelat⁹ ſibi per ſcripturā precauebit contra hereticos.x.diſt.i.in fi.xj.diſt.nolite.

Prelati⁹ colūbā imitetur.

j.Ti. iiij.d.

S J quis vult. ¶ Caſ⁹. Tria ſunt opa q̄ Moyſes ꝛ Aaron faciebāt, ſcʒ legere, docere populū, ꝛ orare. hec tria opera debet eps̄ facere ſi vult imitari Moyſen et Aaron. et ſi orauerit eps̄, vincet populus ei⁹ demones: ſicut populus Iſrael vicit amalechitas orante Moyſe.

Exo. xxxviij

Cant. v.

f ¶ Non vadit. Nūquid ergo epi non intererūt bellis? immo, † quia etiā poſſunt alios hortari ad bellum: vt.xxiij.q.viij. igitur.ꝛ cap.hortatu. Joan.

† No.i ca.hic allega. xxiij.q. viij.igit in fine.

g ¶ Indeſinēter. omnino, vel horis ſtatutis. ſic.xxj.q.iij.hi qui.de conſe.diſt.v.nunqꝫ.xxxj.diſt.ſi laicus.ff.de condi.et demon.ſi q̄s ita.xxij.diſtinc.

Archi.

S acroſancta. S Ed queritur.

pulis dedit: ꝛ per eos demum turbis appoſuit: q̄ ſacramenta legis ꝛ ꝓphetarū pri⁹ diſſerendo expoſuit: ꝛ poſtea eorū ſcientiā diſcipulis dedit: ꝛ per eos tandē illā fidelibus diſpēſauit. ¶ Hinc Petr⁹ etiā cum rectoribus eccleſie ſcriberet, ait. Parati eſſe debetis reddere rationem omni poſcēti vos ſatiſfactionem[a] de ea fide[b] et ſpe[c] que in vobis eſt. ¶ Hinc etiā Paulus ſcribēs ad Timotheū ait: Attēde lectioni ꝛ exhortationi ꝛ doctrine. Ex quibus oīb⁹ liquido colligitur ꝙ nō ſufficit prelatis bona cōuerſatio et morum honeſtas, niſi addat ſciētia doctrine. ¶ Unde ſacerdotes ingreſſuri templū tabernaculi prius lauabātur in labio eneo quod fecerat Moyſes ex ſpeculis mulierū. ¶ Hinc etiā in cātic cāticorū ocli[d], per q̄s p̄lati eccl̄ie intelligunt, aſſimilant colūbis q̄ reſidēt iuxta fluēta pleniſſima[e].

Hinc etiā Hiero. in Leuitico.

¶ Sacerdotis eſt legis ſcientiam habere: non bellis ſʒ orationibus vacare.

S J quis vult pontifex eſſe non tam vocabulo q̄ʒ merito: imitetur Moyſen, imitetur Aaron. quid eñ dicit de eis? ꝙ non diſcedunt de tabernaculo dñi. erat ergo Moyſes indeſinēter in tabernaculo domini. Quid autē ei opus erat? Ut aut a deo aliquid diſceret, aut ipſe populū doceret. Hec duo ſunt pontificis opera, vt aut a deo diſcat legendo ſcripturas diuinas, et ſepius meditādo: aut populum doceat. ſed illa doceat que a deo ipſe didicerit, non ex ꝓprio corde vel humano ſenſu, ſʒ q̄ ſpirit⁹ ſanct⁹ docet. Eſt ꝛ aliud opus qḋ fecit Moyſes. ad bella non vadit[f]: non pugnat contra inimicos: ſed quid facit? orat, et donec orat, vincit popul⁹ ei⁹. ſi relaxauerit ꝛ dimiſerit man⁹, popul⁹ ei⁹ vincitur ꝛ fugatur. Oret ergo ſacerdos eccl̄ie indeſinenter[g]: vt vincat popul⁹ q̄ ſub ipſo eſt, hoſtes inuiſibiles amalechitas, q̄ ſunt demones impugnātes eos q̄ volunt pie viuere in Chriſto.

¶ Diſtinctio.xxxvij.

S Ed q̄rit[h] an ſecularib⁹ liter oporteat eos eſſe eruditos?

De his ita ſcribit in cōcilio Carthaginēſi q̄rto. ¶ Libros gētiliū nō legat epiſcop⁹.

E Piſcopus gentilium[i] libros nō legat: hereticorū autē perlegat ꝓ neceſſitate aut tēpore. Itē Hiero. ad Damaſum papā de filio ꝓdigo.

¶ Reprehenduntur ſacerdotes qui omiſſis euangelijs comedias legunt.

S Acerdotes dei omiſſis euangelijs ꝛ prophetis videm⁹ comedias legere, amatoria bucolicoꝝ verſuum verba cantare, tenere Uergiliū in manib⁹, ꝛ id qḋ in puer adeſt cauſa neceſſitatis[k], crimē in ſe facere voluptatis. Idem.

¶ In vanitate et obſcuritate ſenſus ambulant q̄ ſecularib⁹ diſciplinis occupantur.

N Onne vobis videtur in vanitate ſenſus et ob-

h ¶ Sed querit. in hac.xxxvij.diſt. querit † §.an ordinandus debeat habere peritiā ſeculariū ſcientiarū. Primo autē oſtendit ꝙ clerici nō debent reſpicere libros gentilium. † Scḋo ponit argu. in contrariū. ꝛ talē dat ſolutionem ꝙ quidam legunt libros gentiliū cauſa delectationis et voluptatis: et hoc eſt ꝓhibitū. quidā legunt ad eruditionem: ꝛ illud licitū eſt vt per eos ſciāt recte loq̄, et diſcernere verum a falſo. Jo. vt.j.e.§.cur ergo. ꝛ no. ꝙ in omnibus cap. vſqꝫ ad.§.ſed econtra. videt ſola voluptas prohiberi.

i E Piſcopus gētilium. ergo nec leges audire debent. nam opprobriū eſt eis ſi ſe velint eſſe peritos diſciplinarum forēſium. C. de teſta. conſulta diualia. Sʒ ꝯtra leges ſunt per oīa principū diuinit⁹ ꝓmulgate: vt.xvj.q.iij. nemo. ‡ Dic ꝙ ad hoc licet audire leges, vt per eas melius intelligantur canones. Arg.j.e.di.§.ſʒ ſeculares. Joan.

k S Acerdotes. ¶ Neceſſitatis. vt ſciant recte loqui.

N Onne. ¶ Caſus. Quattuor genera hominū in hoc ca. reprehenduntur. ſ. dialectici qui quotidie in arte dialectica torquentur: ꝛ phyſici, qui oculos trans celum leuant: ꝛ ver

Hec diſtin. diuiditur in quinqꝫ partes. Secunda ibi: cur ergo. Tertia ibi: relatum. Quarta ibi: ideo. Quinta ibi: